ossolensis Capitaneus Brzozouien. suos successores suos super omnibus bonis suis
nunc et in post habitis in manus vindicem Castellani Sanocen. patris con
158 sortis sua et eius heredum inscribit et obligat. praesentium inscriptionem informationis
ex his actis ad acta terrae Praemislien. ante decursum unius anni trans
ferre transportare similiterque vel si quis fuerit meliorem recognitionem
facere sub vadio sex millium Centenorum flor. pecuniae. Pro quo
Capitaneum Brzozouien. et eius heredes praedicto Castellani Sanocen.
vel eius heredibus in effectu praemissorum complementis ad solvendum suc-
cumbit. Pro quoquidem vadio praefatus recognoscens cum suis heredibus et
eundem Castellanum Sanocen. vel eius heredes citatus extra a terris distri-
ctibus iuribusque suis quibusvis propriis evocans coram Castren. Capita-
nali Praemislien. officio eius Castrensi praesenti respective cum bonis et
heredibus suis etc. subijcit in primo citationis termino tanquam peremptorio
stare parere et respondere ac pro praefato vadio satisfacere tunc quando
opus fuerit tenebitur et heredes sui tenebuntur. Nullum terminum
ordinarium praemissorum area vel simpliciter infirmitatibus actione pro maiori lega-
tibus quibusvis impedimentis generaliterque morsus et triplicibus gravis
bellis relegationibus conventionibus evasionibus dilationibus contrariisque per
servitoribus omnibusque gente iuris remediis differendum et vadendum appel-
lationes commotionibus variisque prosequutiones ab officio nullas faciendo
ad quittationem dilationem sibi non recipiendum et nil sibi penitus in auxilium
contra inscriptionem praesentem assumendum sub sui sumptu cumulum sub amissione
totius causae nulla praescriptione terrae in praemissis obstante.

Mikolaiewski quittat Benislawski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren.
Praemislien. Generosus Joannes Mikolaiewski Generosi Martini
Mikolaiewski de Mikolaiowicze heredis filius, mente et corpore
sanus exemptus a terris districtibus iuribusque suis quibusvis pro-
priis evocando, sub iure vero praefati Castren. Praemislien. iurisdictioni
se heredes ac bona sua omnia quo ad infrascripta tenore memoratum promittens
recognovit. Quia sibi Nobilis Laurentius Benislawski Nobilis
Martini Benislawski filius pro omnibus generaliter summis pe-
cuniariis tam inscriptis quam non inscriptis, seu chirographis
assecuratis, sive etiam verbaliter tentis realiter et in effectu
solutionem sufficienti et omnimoda satisfecit. Ratione cuius quidem
satisfactionis praefatus Mikolaiewski eundem Benislawski quittat
et liberum facit, inscriptionesque et chirographa cassat mortificat
et in nihilum redigit, sibi et suis posteris pro praemissis per-
petuum imponendo silentium.

30/IX **Actum in Castro Praemislien.** feria sexta in
crastino festi sancti Michaelis Archangeli proxima Anno
domini millesimo quingentesimo septuagesimo quinto. Coram Magnifico
et Generoso Joanne Herborth de Fulstin Castellani Sanocen. et
Capitanei Victorino Kowalski Vicecapitaneo Dobrogostio Lapalski
Notario Castren. Praemislien. officio et actis. Praesen. Magnifico
et Generoso Joanne Castellano Zarnouien. Nicolao Dapifero Sanocen. [illegible]
[illegible] Kiliano Lobiciewski et aliis quamplurimis circa praemissa existen.

Castellanus Zarnouien. etc. Dapifero Sanocen.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. Ca-
pitanealibus Praemislien. Magnificus Joannes Dziemienski (?) de [illegible]
no Castellanus Zarnouien. a terris [illegible] districtibus
iuribusque suis quibusvis propriis ac foro competenti evocando, [illegible] 159
sub iure vero Castren. Praemislien. iurisdictioni se una cum heredibus
bonisque suis omnibus hereditariis et obligatoriis mobilibus et im-
mobilibus in quibusvis terris et districtibus regni Poloniae habi-
tis et habendis in toto quo ad actu effectumque totius inscriptionis praesentis
attinet incorporando inscribendo subijciendoque, mente et corpore sanus
existens publice personaliterque recognovit. Quia Generoso Ni-
colao Dziemienski (?) de [illegible] Dapifero terrae Sanocen. eiusque legitti-
mis heredibus summam octo millium quingentorum quinquaginta
sex flor. et grossorum quindecim monetae et numeri Polonicalis
quemlibet flor. triginta grossis Polonicalibus computando, certi
veri et liquidi debiti sive mutuatae pecuniae tenetur et est de-
bitus quarumque obligatus. Quam quidem summam octo millium quin-
gentorum quinquaginta sex flor. et grossorum quindecim idem
Castellanus Zarnouien. se et suos heredes super omnibus bonis suis
hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus ubicunque
existen. et quorumque in regno Poloniae habitis et possessis inscri-
bit et obligat, eidem Nicolao [illegible] vel eius successoribus
dare realiterque pro terminis tribus praemissum [illegible] sive pro
prima actorum causa terrestrium Praemislien. positione, quae fiet
primo et proximus Praemisliae post festum Circumcisionis domini
proxime venturum celebrato fuerit. In effectu vero secundi
liberationis extra [illegible] pro die et festo Conversionis sancti Pauli
apostoli proxime et immediate venturo circa acta praesentia
Castren. Praemislien. in Castro Praemislien. coram officio et actis
praesen. reponere et relinquere, ne iterum ab officio officiorum
[illegible] quovis modo recipere sub vadio simili summa octo mil-
lium quingentorum quinquaginta sex flor. et grossorum quinde-
cim pro [illegible] in effectu solutionis summae praefatae essentialis
pro die et tempore suprascripto solutionem assignat, ad solvendum
irremissibiliter et de facto succumbendum. Quod quidem vadium octo
millium quingentorum quinquaginta sex flor. et grossorum quin-
decim pecuniae heredibus idem Castellanus Zarnouien. eidem
summae essentiali et capitali debito adiungit annectit et apponit
summamque capitalem cum vadio iungit ita quod erit summa simul
iuncta decemseptem millium centum et tredecim flor. pecuniae mo-
netae et numeri Polonicalis. In quaquidem summa simul iuncta et in
unum connexa decemseptem millium centum et tredecim flor. pecuniae
idem Castellanus Zarnouien. se et suos heredes in et super omnibus
et singulis bonis suis hereditariis et obligatoriis mobilibus et im-
mobilibus in quibusvis terris et districtibus regni Poloniae con-
sisten. inscribendo in toto priori recessioni inscribit et obligat, eidem
Dapifero vel eius successoribus dare et libere admittere realiter